



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De ijs qui horas Canonicas persolvere tenentur cap. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

*De iis qui horas Canonicas persol-
uere tenentur. Cap. 12.*

Clerici beneficiati, etiam si Primam Tonsuram, tantum habeant, horas has Canonicas, recitare tenentur. Præterea qui in maioribus Ord. sunt constituti, vt Subdiaconi, & Diaconi etiam si beneficio careant, ad has horas tenentur, ita vt peccet mortaliter in singulatum horarum omissione. Monachi, & Religiosi, ac etiam Moniales, que professionis votum emisierunt, eodem onere grauantur, & eas omitentes, peccant mort. Beneficiati vero ultra peccatum mortale, post sex menses, pro rata tertiæ partis redditu, ad restitutionem tenentur, quæ faciendâ est Ecclesiis aut pauperibus vel Canonicis si in Canonicatu degant, quod debet intelligi saltem respectu distributionu.

Ad nullam tamen restitutionem tenentur, si verè recitauerint etiam si id fecerint sine vlla attentione, & eadem est ratio aliorum redditu qui sumuntur ex communi aliqua massa quæ erat inter reliquos canonicos diuidenda.

*De Circūstantiis in Diuino Offi-
cio obseruandis. Cap. 13.*

Circūstantiæ in horis Canon. persoluendis sex sunt. Numerus, Ordo, Qualitas, Tempus, Locus & Modus, Clerici maioribus ordinibus insigniti, & Religiosi professi singulis diebus septem horis Canon. persoluere tenentur, ita vt si vnã integrã vel eius partem notabilem omitant, peccent mortaliter. Presbyteri iuxta Episcopatus sui ritum, & Monachi iuxta illud sui Ordinis recitare debent, alias peccant